



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

Consideratio Pro Septima Die. De Mortificatione interna & externa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

C O N S I D E R A T I O

Pro Septima Die.

De Mortificatione interna, &
externa.

Communis inter Christianos error quod judicent, mortificationem solam esse propriam, qui relictis sæculi vanitatibus DEO se in Religiosa quadam familia consecraverunt, quasi eo consilio ad sanctum hoc vitæ genus se contulerint, ut prioris vitæ errores neâ nunc pœnitentiâ expiare, & emendare vellent. Nunquid autem frequenti experientia intelligimus, magnam Religiosorum utriusque sexûs partem ab ipsa tenera juventute DEO consecrâsse, in qua ne nôsse quidem adhuc illa potuerint, quæ unâ cum mundo, ejusque vicibus relinquerent? Quàm ergo verè judicant illos ad agendam pœnitentiâ in Religiosâ Domus se contulisse, si putas, alios longè adhuc deteriores ad illam non ita obligari?

2. Non equidem negaverim esse in sanctissimis Religionibus aliquos, qui DEUM, magis quam se illi consecrarent, graviter offenderunt. Sed & illud velim te considerare, quod, si quis meliorumque, qui meliores sunt, relicto mundo

alteram quandam vivendi rationem, & Religiosa claustra convolant, certè non ideo opus est, quam agunt, pœnitentiâ habeant, quia ejusmodi vitæ rigidioris modum amplexi sunt, sed hoc, quòd in priore illa vivendi, & peccandi libertate ea commiserunt, quæ pars sæcularium hominum ferè maxima solet committere. Ex quo inferes, illis potiùs necessarias esse ultroneas hujusmodi afflictationes, qui tempus iniquitatum suarum in longius produxerunt, quàm, qui citius ad tutiora se receperunt.

3. Ut verò errorem totum exuas, nôsse debes, quòd Religiosa Professio pœnitentiam, & mortificationem, tanquam amuletum contra graviores defectus amplectatur, & tanquam instrumentum aptissimum ad obinendam animi puritatem, vitæ que perfectionem, quæ præcipuus Religiosæ vitæ finis est, non autem tanquam aliquid, quo peccata antea vitæ exierunt, utpote, quæ ipso in Religionem ingressu extinguuntur. Inde est, quòd in sanctionibus hujusmodi familiis illi in se affligendis sint magis serij, qui vitæ semper innocentioris fuerant: nempe, cum primos vitæ suæ annos in sincero DEI servitio exegissent, amplius etiam Divinæ gratiæ præsidium, quo ad omne virtutum

M m § tum

tum studium constantius firmarentur, adeo
sunt.

4. Jam verò, nunquid austerum satis opus
oculum sibi met eruere, resecare manum, abieci-
dere pedem? Et tamē hæc omnia Servator nos
imperat sub æternæ damnationis pœna, si
dem periculum nobis creent graviter DELICTA
nostrum offendendi. Fatearis igitur necesse
mortificationis debere studiosos esse, quocirca
salvari cupiunt: utpote sine qua sese abnegare
industria nemo est, qui satis cautè peccata vitare
valeat. Sanè enim, quotquot nos creaturae
biunt, tot cingunt idoneæ ad ruinam pedes
deinde quis locus tentatoris Inferni laquei
non impeditus est? & quò nos ipsa caro, atque
naturæ corruptæ desideria invitant, nisi ad
lum, quod æterno nos exitio facit obnoxiosum
tot inter insidias quæ vitare satis peccatum pe-
ris, nisi moderari appetitibus tuis appropria-
nōris?

5. Neque hîc tamen de inopinatis even-
tibus, & minùs frequentibus ad peccandum
ciis loquor, quæ tam vehementia sint, quæ
quotquot ab iis sollicitantur, superentur, quæ
tumvis generosi appareant, sed simpliciter pro-
nuncio, sine animi mortificatione fieri posse
modum non posse, ut vel horam sine notabili
quodam

modam peccato transigas; tunc præsertim, si
communem illam vivendi rationem teneas,
quam passim Mundus, & sæcularium homi-
num turba sequitur, in qua & objecta, & illicita
peccandum multa sunt, & longè efficacissi-
ma,

6. Neque dicas, te per DEI gratiam non aded
esse inconstantem, ut omni vento te permittas;
neque, in raris jam periculis versatum te fuisse,
& impunè tamen evasisse omnia. Nam si ap-
petitibus tuis dominari non didicisti, omnis illa,
quam jactas, innocentia tua potius extrinsecæ
DEI Protectioni, quàm industriæ tuæ adscribi
debet. Mens certè indomita, neque gratiæ
virtutis illustranti, neque magnanimitati suæ de-
bet, quòd non labatur identidem, sed uni & so-
li grates agat Conditoris sui Clementissimæ
manui, quæ ita planum facit iter, ut non per-
mittat incautam in offendicula cum periculo
gravioris lapsus incurrere.

7. Quantumvis illustrante Divina gratia
horrorem habeas omnis peccati gravis, &
omnium quoquo modo ad illud accedentium
implacabilem, non ita tamen hanc animi, ut vi-
detur, firmitatem tibi gratulare, ut mortificandi
timet studium omittas; facile, mihi crede, cir-
cumventus cades, nisi generosè tuis appetitibus
con-

contraire assueveris. Quin imò, si securus cuneus
 fores, non eò te deducendum, ut gravi na
 DEUM tuum unquam sustineas offendere,
 hil tamen à mortificationis continuo exer
 debes idcirco remittere, cum & animi & co
 poris afflictatio multum ad spiritualem pro
 ctum faciat, quem utique nunquam, dum vi
 negliges.

8. Si jam & ordinem, quem in mortifi
 onis negotio tenere debeas, cupis scire, con
 brevem & facillimam methodum. Primo
 tur in illis te rebus abnega, quæ sub gravi
 cati pœna sunt prohibita, ita, ut nullam sub
 ri cogitationem patiare, quam non, simul
 que adverteris, promptissimè ex mente abie
 Secundò parem ferè curam in ea impendes,
 sub venialis peccati pœna sunt verita. Tercio
 erit, ut id omne à te removeas, quod imper
 ctionis cuiuspiam nœvo illum animi
 aspergit. Ultimus tandem, & excellentiss
 bor erit, ut novis quotidie incrementis in illa
 perfectionis profectum facias.

9. Prima duo ex modò allatis capita con
 no præcepta, posteriora non nisi consilii sunt.
 Primum majoris momenti est, quàm scilicet
 dum, & simili ratione secundum præceptum
 rari debet; imperfectionum relectio minime
 ceptum

ceptionibus obnoxia est, quàm illorum, quæ
perfectiora videntur, consecratio. Ad prima
vero nemo penitus est, qui semper non oblige-
tur. Tertium multum cum primis duobus affi-
nitatis habet, quia per quàm proclive est ab im-
perfectiōibus ad peccata delabi. Quartum
hanc potissimum prærogativam habet, quòd &
novos nobis à DEO favores impetret, & aliquã
semper illorum suppliciorum parte nos eximat,
quæ Divinæ ejus Justitiæ propter peccata no-
stra debemus.

10. Fortiter ergo negotium aggredere, &
animò viriles ac violentas manus iniice, non ut
à peccatis solum, quibus DEUS offenditur, im-
munitatem te serves, sed & ut sanctior fias, & quo-
tidianis profectibus in virtute crescas. Observa-
vigili studio omnes voluntatis tuæ motus, & si
quem virtutis exactissimæ non conformem de-
prehenderit, eum illico coërce: neque mitius il-
los tractare memineris, qui, etsi de se indiffe-
rentes sint, ad sanctum tamen finem non ten-
dunt. Quidquid vanorum appetituum sentis,
quibus honores, delicias, vitæ commoda, ut-
cumque innocentia videantur, desiderare inci-
pis, in ipsis statim principiis suffoca, & assuesce
nihil amare aliud, quàm DEI tui sanctissimam
voluntatem. Longè autem à te omnes illas
aci-

animi acerbitates, & tumultus remove, quibus
& proximo, & tibi metipſi gravis es.

11. Fac, ne vel gaudium in prospero rerum
tuarum fluxu, vel tristitia in adversis eventibus
rationis limites excedat, quin potius neque
tutus, neque tristis esse sustine ob humanam de
taxat felicitatem. Quidquid sollicitudinis
animo incumbit, excute, metus vehementiores,
& spem immodicam nullam admittat.
Prompto fac animo sis, perdendi, quidquid
pensè diligis, si ita DEI tui providentiæ videatur,
tur, & patiendi, quidquid acerbum fore iudicatur,
si Divina tibi manus immitteret.

12. Vide, num consuetudinem habes, aut
scandalosam aut impertectam saltem in
conversazione quâdam utaris nimium delictis
ex qua damni plus, quàm lucri facias? Et ab illis
abstine. Si quis te offendit, ignosce: & nisi
tua te conscientia, vel spiritualis Pater prohibet,
illum ipsum, à quo passus es, frequenter
conveni, peculiari studio DEUM pro ipso pro
care. Sed & familiariter uti disce iis, qui te
pendunt: & si qua ab huiusmodi irascendi
obtingit occasio, præmunire animum, &
patientiam obfirmare scito.

13. Noveris à Christiano Homine alienis
simum esse, vires omnes ad vindicandum esse
res,

te, si quid offensæ passus es, sed neque illud integrum tibi velis esse, ut eorum, à qui-
us injuriam accepisti, honorem, & existi-
mationem deprimas. Hic enimvero virum
præsta, & absque palpo tecum pugna. Fru-
stra & perfectus, & salvus esse desideras, nisi hic
vinceris. Cave, excuses pertinaciter errores
tuos, cave occultes illos, & in alios, ut multi so-
lent, conicias. Ecce innocentem, sed præcla-
ram subigendæ naturæ modum, qui neque ca-
pit, neque pectus lædet, & animum tamen sal-
vum conservabit.

14. Coërce linguam, & omnia illi verba
imprudencia, scurrilia, mordacia, arrogantia,
curiosa, & inutilia interdicta velis; longè ta-
men severius illa cavebis, quæ gravius adhuc ve-
nosa sunt, quàm omnia, quæ recensui. Extende
hanc linguæ moderationem ad aurium etiam,
& oculorum usum, nihil ut audias, legasve si-
milit. Si quid loqui oportebit, id ingenuè, ut
satis, stude; ne quam veritati larvam inducas,
quamquam neque proloqui concessum esto,
quod taceri convenit. Expedi sanè, erubescere
non nihil in colloquentium corona, quàm
DEO inspectante in veritatis leges falso sermo-
ne quidpiam eloqui. Cavillis autem, & male-
volentia, ut cunque levis videatur & tolerabilis,
pe-

penitus omnem in colloquiis tuis accessum te-
ga. Qui verè bonus est, malè de nullo loquitur
nisi DEVS iusserit.

15. Palati appetitibus moderaberis, si coleris
pro facultatum tuarum ratione non nimium
quisitos desideres; si ex eo, quod apponitur
non deliciores solùm bolos tibi seligas,
quâcunque alimenti formâ contentus sis,
cessitati serviens, non voluptati; si corda
cibos effusionem temperes, nunquam loquaris
de victu, neque oculos in omnes circa patiaris,
evolare patiaris. Mens, quæ ingluviei servit,
hil adhuc virtutis habet.

16. Deliciarum amorem ita moderate
nulla in re voluptatem, quamvis permittas
quæras, nisi tunc cùm secundum DEI
etissimam Voluntatem te id facturum
Non igitur magnas expensas facies, ut delicias
te vestias; quietem in lecto non nisi moderate
admodum admittes. Quòd si enim blanditiis
miùm tuum mancipiũ tractas, experieris,
in te rebelle futurum sit. Conuersatio
Colloquia, & Occupationes omnes, fac,
Divinæ Voluntatis normam exactæ sint
non suscipiantur, nescio, cujus voluptatis
tiâ, quæ tam innocens sanè non
ut non aliquando perniciosa futura sit.

& jocos omnes à te abdica, nisi, quos DEO
gratos fore noveris.

17. Omnem in te, rebúsque tuis pompam
& ostentationem ita fuge, ut commodo & so-
lido cultu contentus sis; quidquid enim su-
perflui sectaris, pauperum indigentia eripis.
Cave igitur ulla in re dissimules, quod verbis,
& nomine profiteri soles, quoties te ad Cruci-
fixi familiam spectare dicis. Si Domini ergo
nuditatem imitari vel non potes, vel non au-
des, ed tamen virtutis, fac, ut procedas, ut super-
biorum aliquid abiicias. Sed & in verbis humili-
tatem observa, ut neque tua sublimibus jaçtanti-
bus extollas, neque aliena parcis valde laudibus
extolles, atque extenues.

18. Oculorum motus in potestate habe, ut non
liberum ad illicita illos evagari non permittas,
& modeste, etiam cum solus es, contine. Si
tunc ex DEI tui presentia, in cujus con-
spectu nunquam non versaris, eam tibi mode-
stam familiarem facis, non difficile dein erit,
cum in publicum prodieris, leves & in-
consideratos hominum aspectus cavere. Neque
aliud est, quod manifestius dissolutam
mentem prodit, quam oculi licenter hac illac
vagabundi. Simili deinde studio curabis, ne
in vultu tuo vel invidia, vel indignationis,

N n

vel

vel tristici fastidij, alteriusve immodici affectus indicium deprehendat. In facie certè legimus quidquid intus in animo occultum latet.

19. Modestiam in primis curis tuis iunge illam seriæ cuidam gravitati, quam omni incessu, motuque corporis observes. que ita fac, ut externa morum tuorum quantum licet, nulli vituperio sit obnoxia, mortificatis hunc in finem internis animi tui moribus. Nam amabilis illa morum compositio, excellentes esse solent, quotquot serio student, sanè aliunde non nascitur, quam ex tegeterrima animi, quam colunt, pace, ac quæ Severa quidem est hæc mortificatio, sed præ æquè ad spirituales profectum tuum summo profectò idonea: neque periculum est, ut corporis valetudo damni inde aliquid patiatur, sed multum potius capiet emolumentum. Nihil enim efficacius constantem corporis valetudinem tuetur, quam tranquillitas animi serenitas.

20. Ad jejunia, vigiliis, ciliciis, & disciplinis & huiusmodi carnis macerationes, quod pertinet, consultius est, ut a Patre tuo Spirituali intelligas, quid in hoc factu opus iudicet. Porro, quod illi suaserit, constantè & fideliter persequere.

neemne, si quos nôsti magnis se auste-
ritatibus divexare; sed neque nirmùm etiã
hujusmodi tyrannides æstima; sunt enim,
non inficior; magna Christianæ Perfectio-
nis pars; sed nisi cum humilitate conjun-
ctæ sint, sanè non omni carent periculo.
Neque ulrà, quàm vires tuæ ferant, hu-
jusmodi afflictiones suscipe, neque alij; si
quid in hoc negotio generosè in temet au-
des, nisi Patri tuo spiritali id revela; &
idem; quantumcunq; feceris, parùm in
estimatione tua sit. Nihil profecturum te
in virtute puta, nisi id egeris, quod DEUS
tuus à te fieri deside-
rat.

